rorem. Comilites quidem hec fecerunt. Stabant
autem iuxta crucem ihu mater eius & soror matris
eius maria cleope & maria magdalene. Cum ui
disset ergo ihs matrem & discipulum quem dilige
bat dicit matri sue. Mulier ecce filius tuus. Dein
de dicit discipulo ecce mater tua. Et ex illa hora
accepit eam discipulus in sua. Postea sciens ihs
quia iam omnia consummata sunt. ut consumma
retur scriptura dixit. Sitio. Vas ergo positum
erat acto plenum. illi autem spongiam plenam acto
hysopo circumponentes obtulerunt ori eius.
Cum ergo accepisset ihs acetum dixit. consumma
tum est. Et inclinato capite tradidit spm. Judei
ergo quo parasceue erat. ut non remanerent in
cruce corpora sabbato erat enim magnus dies ille
sabbati. Rogauerunt pilatum ut frangerentur
eorum crura & tollerentur. Venerunt ergo mili
tes & primi quidem fregerunt crura & alteri us
qui crucifixus est cum eo. Ad ihm autem cum uenis
sent ut uiderunt eum iam mortuum non frege
runt eius crura. sed unus militum lancea latus
eius aperuit. Et continuo exiuit sanguis & aqua.
Et qui uidit testimonium phibuit & uerum est
eius testimonium. Et ille scit quia uera dicit. ut &
uos credatis. Facta sunt enim hec ut scriptura im
pleretur. Os non comminuetis ex eo. Et rursum alia
scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt.
Postea autem rogauit pilatum ioseph ab harmathia
qd esset discipulus ihu occultus autem propter metu
dsorum ut tolleret corpus ihu. Permisit pilatus.